

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersio p
cum fonte primo

A regione nostra superbiendo, inobediendo,
uisibilia sequendo, cibum uetitum gustando discessimus,
sed ad eam necesse est flendo,
obediendo, uisibilia contempnendo
atque appetitum carnis refrenando redeamus.
Per aliam ergo uiam ad regionem nostram regredimur
quoniam qui a paradysi gaudiis per delectacionem
recessimus ad hoc per lamenta reuocamur.

Gregorius omelia X. super illud Mathei:
Cum natus esset Ihesus in Bethalem Iude.

A regione etenim nostra superbiendo, inoboediendo,
uisibilia sequendo, cibum uetitum gustando discessimus,
sed ad eam necesse est ut flendo,
oboediendo, uisibilia contempnendo
atque appetitum carnis refrenando redeamus.
Per aliam ergo uiam ad regionem nostram regredimur,
quoniam qui a paradisi gaudio per delectamenta
discessimus, ad hoc per lamenta reuocamur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 1.10.11
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.71, ll.138-144).